FLORA.

№ 19.

Regensburg. 21. Mai. **1856.**

Inhalt: ORIGINAL-ABHANDLUNG. Massalongo, genera Lichenum aliquot nova. (Continuatio). — LITERATUR. Körber, Systema Lichenum Germaniae. — ANZEIGE. Archives de Flore. — BEILAGE von Brockhaus in Leipzig.

Genera Lichenum aliquot nova proponit et describit A. B. D. Prof. Massalongo.

(Continuatio.)

***Sarcosagium* Massal.** in litt.

Apothecia jam primitus aperta epithalama, scilicet ex epithallo oriunda primum papillaeformia globularia adnata, tandem verrucaeformia conico-truncata, excipulo proprio colorato (carneo ad speciem) ceraceo instructa. Discus gelatinosus, hypothecio colorato uniformi amylaceo-mucilaginoso, gonidiifero impositus. Asci creberrimi clavato-elongati myriospori, paraphysibus capillaribus ramosis mucilaginosis impolitis immixti: sporidia diaphana ovoideo-elliptica, nucleolis minutissimis, serialibus plerumque, foeta. Thallus crustosus homoeomericus effusus cum protothallo confusus, ecorticatus, arcte matricibus adglutinatus, in sicco areolato-verrucoso-squamulosus, udus turgescens globulosus, e gonidiis variis multiformibus ormogonidiisque (!) praedistinctis constitutus.

Observatio. Ecce tibi novum genus quod *Collemaceas*, *Biatoreas*, *Gyalectas* etc. redolet. *Gyalectarum* formam habet naturamque excipuli, *Biatorearum* structuram disci et formam sporarum, quae eaedem sunt ac in *Biatorella Rousselii* D.Ntrs.; *Collemacearum* habet thallum, qui est homoeomericus et gonidiis moniliformibus refertus, praedistinctis pulchrisque ut in *Nostochineis*. Hac postrema ratione inter *Collemaceas* colloco, instituta tribu *Sarcosagicarum*, cum ad nullam propemodum existentium referri possit. Hujusmodi genus probabitur unicuique, talis enim structura fuit nondum a quoquam, nullo in lichene observata. Ut autem clarius pateant ejus

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05971-0291-2

characteres, addo morphologicam historiam. Primum thallus constat crusta quadam irregulari confusa cum hypothallo indistincto, perfecte indefinibili, et colore terreo-subnigro. Cum madet accipit colorem viridem-fuscum, ut *Nostoc sphaericum*, *Brebissonii* etc., turgens evadit semidiaphanum s. hyalinum globuloso-vesiculosum, et constat omnino luteis viridibusque gonidiis confusis, forma variis, et ormogonidiis, ut in *Nostochineis* et in genere *Collemate*. Apothecia oriuntur ab illis vesiculis, et granulis thallodicis, exacte e strato extimo thalli, et sunt initio punctiformia, tam minuta ut oculorum acie videri non possent, nisi vividus eorum color carneus ea indicaret. Eo statu sunt sphaerica nec disci adhuc vestigium apparet, sed levis tantum macula colore magis distincto ad apicem, qui vix initium exhibet laminae proligerae. In eo etiam statu prorsus sessilia, et processu tantum temporis explanantur superne, obtruncantur ad apicem, turgent in medio, et attenuantur ad basim, quare praeferunt parvas quasdam pyxides aut calices, basi caventes, et videntur adhaerentia uno tantum puncto, causa superioris apothecii parte turgiditatis. Tum discus apparet, ob colorem magis intensum et discrepantem a colore vividiori marginis, qui raro eum altitudine exsuperat. Hypothecium est praecrassum, coloris lutei uniformis, et constat mucilagine ejusdem coloris ac substantiae amylaceae coniogonimicae. Paraphyses sunt perexiguae aciculares gelatinosae, ramosae et mixtae parvis gonidiolis quae omnes inficiunt. Asci sunt creberrimi ut in *Biatorella Rousselii*, itemque sporae, quarum ducentae et 300tae in ascis singulis numerantur ellipticae, 2, 3, 4, 6 blastidiolis circularibus oleosis vix (700 diam.) perspicuis, repletae. Differt hoc genus a *Biatorella* excipuli proprii praesentia, et thalli indole ac natura, quare fit *Collemacea*. Nullus alius lichen potest huic comparari, et fortasse verum genuinumque *Nostoc* est in fructu; qua ratione *Nostochineas* omnes cum divo Wallrothio aliisque inter *Lichenes Collemaceos* referendas esse censeo.

Sarcosagium biatorellum Massal.

S. Thallo crustaceo in sicco olivaceo-terreo, madefacto virescente sordido. Apotheciis minutissimis carneis, sporidiis diam. long. mm. 0,0061—0090 transv. mm. 0,00244 vix.

Habit. Ad terram inter muscos in oppido Bolca provinciae Veronensis. Massal. 25. Septembr. 1855.

Veronae 1856 die VII mensis Martii.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05971-0292-8

Maronea Massal.

Apothecia primum punctiformia immersa omnino clausa, dein emerso-sessilia, aperta patellaria, excipulo thallode recepta. Lamina crassiuscula tenerrima, hypothecio agonimico pingui stuppeo enata, licheninaque instructa. Asci clavato-elliptici polyspori, mucilagine granulosa achromatica apiceque tantum (ad speciem) colorata obvallati. Sporidia diaphana minuta trementia, ovoidea, unilocularia. Thallus tenuis verruculoso-subsquamulosus subcontiguus, hypothallo discolori impositus, ab eoque cinctus.

Observatio. Hic lichen placuit insignire nomine Nicolai Maroneae (italice Marogna) botanici Veronensis, qui ineunte saeculo XVII floruit, et scripsit celebre commentarium de *Amomo* (Commentarius in tractatus Dioscoridis et Plinii de *Amomo* 1608). Constituit mea sententia novum e distinctissimis generibus lichenum quae cognoscuntur. Characteribus externis nihil differt a genere *Lecanora*, ab ejusque speciebus magis vulgatis et communioribus, idque judicares *Lecanoram* ipsam *pallidam* aut *atram*, forma ac magnitudine respecta, non autem coloribus. Interna autem structura longe alia est: imprimis paraphyses deficiunt, et asci immiscentur substantiae amylaceo-farinosae, cujus vestigium nullum est inter omnes *Lecanoreas*. Hypothecium ipsum est adeo spongiosum, et natura ac indole a reliqua apothecii et thalli fabrica tam diversum, ut nihil omnino ad eam pertinere videatur. Deinde asci non octo tantum sporas praeferunt, ut fere omnes *Lecanoreae*, sed vel 60—80, ac 90, et interdum etiam 100 non aliter ac *Acarosporae*, *Sarcogynes*, *Biatorellae* etc. etc. Spero fore ut etiam novorum lichenologiae praeceptorum adversarii hoc genus non inviti respiciant, idque tamquam satis confirmatum in scientiae catalogis inscribant, secus enim quae sequi debeam nulla erunt praecepta.

Maronea Berica Massal. in litt. ad Montagn. et Krempelh.

M. Thallo irregulariter limitato, viridulo-subflavescente nitidiusculo, inaequali, granuloso-subverruculoso; apotheciis parvis, regularibus, margine thallode concolori persistente cinctis, disco nigrofuscescente, madefacto castaneo-cervino tenerrimo. Sporidiis diam. long. mm. 0,00366 transv. mm. 0,00244.

Habit. Ad truncos Pinorum in oppido Asiago prov. Vicentinae regni Veneti. Beltram.

Observatio. Thallus irregulariter limitatus inaequalis, colore subviridi ad flavum vertente, nitidiusculus, subfusco hypothallo cinctus. Apothecia parva scutelliformia, margine integerrimo viridulo

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05971-0293-4

cincta: discus colore nigro-fusco in sicco, castaneo-cervino madefactus. Apothecia redolent prorsus *Lecanoram oreinam* v. *macropsidem* Schaer. forma ac magnitudine ac colore.

Veronae die X mensis Martii 1856.

Literatur.

Systema Lichenum Germaniae. Die Flechten Deutschlands (insbesondere Schlesiens) mikroskopisch geprüft, kritisch gesichtet, charakteristisch beschrieben und systematisch geordnet von Dr. G. W. Körber, Privatdocenten der Naturgeschichte an der k. Universität in Breslau etc. etc. Mit 4 colorirten Steindrucktafeln. Breslau, Verlag von Trewendt et Granier. 1855 und 56.

Vor Kurzem ist das V. Heft des in Nro. 7 der Flora von 1855 angezeigten neuen Flechtenwerks des Herrn Professors Körber zu Breslau erschienen, und mit demselben zugleich diese interessante und für die neuere Flechtenkunde besonders wichtige Arbeit beendigt worden. Das Schlussheft liefert zugleich Vorrede und Einleitung zum ganzen Werke nebst einer vollständigen Uebersicht des von dem Herrn Verf. angenommenen Flechtensystems, welches sich bekanntlich in der Hauptsache auf die von dem Herrn Professor Massalongo in Verona in neuester Zeit für die Flechten aufgestellten systematischen Principien stützt. Ref., welcher Herrn Körber's Ansichten über die systematische Anordnung der Lichenen ziemlich vollständig theilt, hat dieses neue Flechtensystem mit grosser Freude begrüsst. Allerdings darf man auch Herrn Körber's Flechtensystem nicht als etwas Vollendetes, keiner weiteren Verbesserung Bedürftiges oder Fähiges bezeichnen, wohl aber liefert dasselbe, sowie das ganze Werk überhaupt, einen Beweis der erfreulichen Fortschritte, welchen die endlich aus ihrem langen Schlafe erwachte Flechtenkunde auch in Deutschland in jüngster Zeit gemacht hat, sowie ein Zeugniss des Fleisses und der Gründlichkeit, mit welchen der Hr. Verf. seinen lichenologischen Studien obliegt.

Dass derselbe manchmal irrte, wird Niemand befremden, welcher die dermalen noch dem Flechtenforscher in dem Wege liegenden Schwierigkeiten kennt, und der da weiss, welche besondere Hilfsmittel, welch ausdauernder Fleiss dazu gehören, die wahrlich grossartige Verwirrung und Ungewissheit, die bezüglich mancher

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05971-0294-0

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1856

Band/Volume: 39

Autor(en)/Author(s): Massalongo Abraham Bartholomäus

Artikel/Article: Genera Lichenum aliquot nova 289-292